

sed intra 30. vel 40. passus extra coemeterium capi- tur, immunitate non gaudeat; nam hoc privile- gium illis solum prospicit, qui jam sub praesidio Ecclesiae sunt, ut ibi valeant permanere; sic aper- te colligitur ex d. cap. de finibus; & notant Delbene n. 7. ubi alij, Castr. Palao sup. dict. tract. 11. punct. 6. Joann. Vilchis de immunit. numer. 12.

Ultimo notandum est, juxta communem sen- tentiam, immunitatem praedictam non competi- tisse Ecclesiae intra muros civitatis, vel oppidi col- locatis, ut ex pluribus resolvit Delbene n. 6. qui contra id probabile sentit, quod recte probat Dian. sup. vers. Sed hac opinio, ubi Peregrin. Farin. Ambrosii. & Italiani allegat; quibus d. Covar. accedit limitans, quando intra castellas Ecclesiae sunt sitae propter angustias loci; cui assentiuntur Tusch. lib. 1. conc. 56. nu. 18. 19. Dian. dict. re- sol. 2. vers. At his non obstantiq. quod habetur in quisquis 17. quest. 5.

Ibi: Passus vero.

44 De passuum computatione differunt Guazzin n. 11. cum seqq. Bonacin. n. 9. Farin. de immunit. c. 18. nu. 286. Delbene d. sect. 8. n. 3. Tusch. lib. 1. conc. 9. n. 2. Qui contra D. Covar. affirmant pedem, quin- decim digitis constare, sequuti Glos. verb. Passus, in dict. cap. sic antiquitus, ubi Augustin. Barbof. in collectan. nu. 5. plures alios laudat.

45 Coemeterium tamen Ecclesiae contiguum, vel ab ea separatum, immunitatem obtinet; Delbene cum pluribus d. dubit. 9. section. 9. a princip. Suarez dict. cap. 9. numero 8. Gonni fol. 90. ampliat. 4. a princip. Farinac. dict. quest. 28. num. 14. Guazz. num. 15. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 6. vers. Et incipiendo, cum sequentibus. Paz. numer. 33. Palao sup. num. 16. Bonacina numer. 5. Decian. cap. 26. numero 10. Pellizzar. dict. numero 4. Bobadill. nu- mer. 81. & ita constat ex cap. fin. de immunit. Eccles. & l. 2. titul. 11. part. 1. Imo ostium, & porticum coemeterij eadem immunitate gaudere, scripserunt Delbene nu. 4. Diana versic. Et hac opinio, Gonni fol. 91. ampliat. 7. num. 4. Praeterea coemeterium interdictum, vel pollutum, eodem privilegio non privatur, quemadmodum de Ecclesia dictum est; Dian. vers. Nota etiam, Delbene numer. 6. Ut autem coemeterium ita privilegiatum sit, necesse non est, quod per Episcopum fuerit benedictum; facis enim est, quot de ejus licentia aliquis Christianus cum Ecclesiasticis officiis, volente Domino, in loco sepeliatur, cum per hoc Religio- sus efficiatur, & ad pium usum deputetur; Dian. dict. vers. Et hac opinio, in fin. Delbene numer. 5. Bonacin. d. numero 5. Quidquid teneat Decian. cap. 24. nu. 28.

46 Similiter ostium, & porticus Ecclesiae eandem obtinent immunitatem, quoniam ejusdem sacri aedificij pars censentur, Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 1. vers. Sed quero, & ref. 3. vers. Sed iste author, Gonni ampliat. 7. & 8. Delbene late dict. dubitat. 9. section. 6. & 7. Bonacin. ubi proximè, Suarez nu. 7. & 8. Decian. dict. cap. 25. n. 12. 17. ubi de domibus privilegiatis per Principem laicum, Guazzin. numero 17. Farinac. dict. quest. 28. numero 14. Pellizzar. dict. numero 4. Cur Philipp. supra, S. Retraidos, numero 14. & comprobatur cap. si quis contumax 20. 17. quest. 4. dict. l. 2. ibi: E en sus portales, tit. 11. part. 1. Idem de scalis Ec- clesiae, quae ante fores extra septa sunt, docent Bonacin. dict. num. 5. Angel. in tract. de malefic. fol. 73. colum. 1. vers. Quid fama, quest. 4. & alij apud Delbene dict. sect. 6. nu. 11. ubi declarat cum Fari-

nac. dict. cap. 17. num. 281. 288. quando scala per- tinet ad Ecclesiam, secus si ad viam publicam, ita ut ejus pars sit, imò absolute scalam non habere immu- nitatis privilegiu, tenuit Gonni ampliat. 9. fol. 72.

Vers. Quinto infertur.

Palatium Episcopi de jure jus immunitatis Ec- clesiarum habet, quamvis situm sit ultra quadraginta passus ab Ecclesia, Suar. nu. 9. Tusch. lib. 1. conc. 9. n. 11. Delbene d. dubit. 9. sect. 14. ex n. 6. Germon. lib. 3. cap. 16. a num. 45. Dian. resolut. 4. Gonni ampliat. 15. fol. 93. Filiuc. tract. 15. c. 6. q. 5. n. 150. Farinac. d. cap. 17. n. 272. Clar. d. quest. 30. n. 3. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 2. tit. 11. p. 1. Pelliz. num. 4. & alij plurimi, quos congerit Delbene n. 7. vers. Atque ita. & Barbof. in collect. ad c. id constitui- mus; n. 3. 17. q. 4.

Quod amplia, licet in eo Capella, vel Orato- rium non sit, ut notantur Gonni supra, Dian. vers. Tertio, qui a tale, Gambac. lib. 4. cap. 3. n. 7. Del- bene n. 8. cum seqq. Farinac. Tusch. & Suar. ubi proxi- mè, quanquam aliqui sentiant, Oratorium ne- cessario ibi esse debere, quando domus Episcopa- lis intra quadraginta passus non est; videantur Bo- nacin. sup. n. 11. Guazz. n. 23. vers. Si vero, ubi alij. Ampliatur secundò, etiam Sede vacante, modo palatium locatum non sit, Msr. Ital. lib. 1. cap. 4. §. 9. num. 4. 13. Dian. ubi proximè. Farin. nu. 270. Delbene nu. 2.

Ampliatur tertio, licet Episcopus duo palatia habuerit, Germon. sup. Delbene numer. 7. versic. Atque ita.

Ampliatur quarto ad domum, quam Episcopus vistantis propriam diocesim, habitat, Ital. n. 13. Fari- nac. & Dian. sup. licet contradicat Peregrin. apud Delbene numero. 12. vers. Atque ita contra, qui dubitat.

Sed contra praecipuam conclusionem, scilicet 48 palatia Episcoporum extra 40. passus constituta im- munitate carere, maxime si in eis Oratorium non sit, de jure, aut saltem de consuetudine cum D. Covar. docent Bonacin. ubi proximè, Bobadill. dict. c. 14. nu. 85. Curtell. l. 1. q. 27. Paz n. 35. De- cian. cap. 25. n. 14. Petr. Sarp. sup. c. 4. q. 41. Clar. d. q. 30. nu. 3. Baiar. ibi. n. 10. qui testatur, reos à palatiis Episcoporum extractos fuisse. Sed seclusa consuetudine, quae ubi fuerit legitime introducta, servanda est, ut asserunt Suar. d. num. 9. Delbene num. 6. Farinac. d. q. 28. nu. 18. (ubi respondet, consuetudinem, de qua in praesenti D. Covar. ad Hispaniam restringendam, ubi hic versatus est) prior opinio tenenda est, ex rationibus, quibus nititur, quas videre quis potest apud Diana, Del- bene, & alios.

Seminarium Episcopali palatio annexum immu- nitate fungi; resolvit Delbene nu. 19. post Marc. Ant. Genvens. in prax. c. 22. n. 10.

Domum Episcopi extra diocesim suam degen- tis, non habere immunitatem, docent Italia nu. 19. Anton. Marin. quotidian. resolut. cap. 180. num. 12. Delbene cum aliis, nu. 20. 21. qui nu. 22. Idem affirmat de aede Episcopi titularis, vulgo de Anillo, cum Ciarlin. ubi proximè, quanquam contrarium in utroque casu probabile dicat assentiens Diana, qui probat prius part. 4. tract. 1. resol. 40. licet cogitan- dum relinquat; posterius, d. p. 6. tract. 1. resolut. 5. sed à praemissis recedendum non est.

Palatia itidem Eminentiss. Cardinalem tam in s^u Urbe, quam extra, immunitate de consuetudine gaudent, ut cum aliis tradit Delbene sect. 15. nu. 1. Sed hoc privilegium sublatum est Bulla Sixti V. ut

ut alibi dictum est, & Gregorii XIII. Dubitatur tamen, num ea revocatio restringatur ad palatia in Urbe; vel generatim accipienda sit, quoad loca omnia ubicunque habitent; & restringendam sen- tiunt Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 37. Barbof. de jur. univers. lib. 2. capite 3. numero 71. Tusch. lib. 1. E, conclus. 9. numero 12. Guazzin. numero 26. & alii apud Delbene, qui hoc probabile putat, quamvis oppositum teneat cum Farinac. quest. 28. n. 48. & dict. cap. 17. num. 274. Gambacurra lib. 4. cap. 5. Duard. in Bull. Cæn. lib. 2. cap. 15. quest. 16. numero 12. Quid de aliis privilegiis personalibus Cardina- lium quoad delinquentes liberandos: vide Del- bene ubi proximè, Petr. Greg. d. lib. 33. cap. 21. num. 12.

52 Privilegium hoc domibus Episcoporum con- cessum, Ethnicis ignotum non fuit; nam victi ingredienti aedem Dialis Flamini liberabantur, Beyerlnck. verb. Asylum, colum. 3. lit. A. vers. Apud Romanos, Gelli. no. 7. Atticor. lib. 10. c. 15. Petr. Greg. n. 6. & ad eum confugientem eo die verberari ne- fas erat, Petr. Greg. num. 14.

Ad num. 6.

53 Reus confugiens ad Sacerdotem ferentem Eucha- ristiae venerabile, ac Augustissimum Sacramentum, immunitatem consequitur: Ita communiter omnes Suar. d. c. 9. in fin. Farinac. d. q. 28. n. 11. & d. c. 17. num. 275. Delbene sect. 16. a princip. Decian. lib. 6. cap. 29. num. 8. Gu. 22. num. 36. Germon. lib. 3. cap. 26. a num. 90. Bobadilla, qui rectissime loquitur d. cap. 14. ex num. 87. Tusch. ubi proximè con- clus. 10. num. 33. Clar. d. quest. 30. num. 24. Paz d. cap. 3. §. 3. num. 36. Ant. Gom. variar. lib. 3. c. 10. num. 1. Pleça in epit. delict. lib. 1. cap. 34. num. 16. Gonni fol. 94. ampliat. 18. num. 23. Pelliz. supra numero 4. Petr. Gregor. num. 14. & alii quamplures apud Del- bene, quicquid asserat Bonacin. d. §. 4. num. 27. & Azeved. in l. 2. titul. 1. lib. 1. Recopilat. Idem dicen- dum est, si id divinum Sacramentum non porra- retur per Sacerdotem, sed esset in loco aliquo extra Ecclesiam collocatum, Suarez ubi proximè Delbene num. 1. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 28. Qui duo cum aliis advertunt, quòd cum Corpus Domini publicè fertur ad infirmos, vel aliò, necesse non est ad im- munitatem consequendam, quod reus Sacerdotem ferentem tangat, sed sufficit, si cum illud comi- tantibus se immisceat, quia omnes illi cum Sa- cerdote unam Ecclesiam representant. Quid de Sa- cerdote portante infirmis sacram Unctionem nega- tive resolvit, optimis rationibus, Delbene contra Ludovicum Corream in relection. ad cap. inter alia part. 2. num. 25. de immunit. Ecclesiar.

Ibi: Vbi captus in carceribus Eucharisticis

54 Quoties captus reus, dum sibi ministratur, vel aliàs ad sanctissimam Eucharistiam confugit im- munitate non juvatur; nam proxima resolutio in- telligitur de eo, qui libet ad Asylum Sacrosanctum pervenit: quam limitationem communiter admit- tunt DD. videantur laudati nuper.

Vers. Septimò deducitur.

55 Regula generalis in praesenti traditur, ut scilicet nemo, etsi gravissimè criminis reus sit violentè ab Ecclesia, vel similibus locis extrahatur; Gonni fol. 87. col. 4. num. 1. Paz num. 63. Anton. Gom. ubi proximè, Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 25. vers. Sed contrarium, Farin. d. q. 28. num. 15. Guaz. sup. num. 52.

Decian. cap. 25. num. 1. & c. 28. num. 1. Delbene dict. cap. 16. dub. 24. a princ. Bobadill. num. 17. Suar. de Religion. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 10. num. 4. Ceval. commun. tom. 2. q. 817. num. 11. Gutierrez. practicat. lib. 3. q. 1. num. 3. A qua regula, aliquorum criminum rei excipiuntur, in cap. inter alia, de immunit. Ec- cles. & in Bulla Gregor. XIV. de quibus agen- dum est.

Ad Num. 7.

Primò; excipitur qui proditorie homicidium 56 perpetraverit, ita expressim statuitur in Bulla praefata Gregorii XIV. ibi: Aut qui proditorie proxi- mum suum occiderit; & notarunt Delbene dubit. 20. Farinac. sup. num. 23. & de immunit. cap. 9. num. 134. Gregor. Lop. in l. 4. glos. 8. tit. 11. part. 1. Bonac. in sum. tom. 3. disp. 2. quest. 3. punct. 16. §. 8. num. 1. Guttier. practicat. lib. 3. quest. 7. numero 52. Suar. cap. 11. num. 11. Bobadill. num. 35. Tusch. lib. 1. E. concl. 11. numero 5. Anton. Gom. num. 2. vers. 5. limita. Paz nu- mero 113. Gonni, fol. 98. fallentia 13. num. 1. Decian. cap. 28. num. 13. Ceval. in tract. de homicid. n. 412. Guazzin. desens. 1. cap. 38. num. 39. Dian. resolut. 12. Clar. dict. §. fin. quest. 30. num. 11.

Ibi: Imò idem esse in eo, qui alterum proditorie

Qui animo occidendi alterum proditorie per- cutit etiam morte non sequuta, ab Ecclesia evel- lendus est, ut panatur; quòd deducitur ex l. Divus Adrianus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. qua prebatur, ut homicidam plecendum, qui animo necandi vulnerat, mors non sequatur; l. 2. tit. 23. lib. 8. Recopilat. Idem constat Exod. c. 21. (à quo c. 1. de homic. desumptum est) ubi vers. 12. legitur: Qui percussit hominem, volens occidere, morte moriatur. Eandemque poenam sustinet iste percussor ac ho- micida, Deuter. 19. vers. 11. Ex quo hanc opinio- nem cum D. Covarruv. magis communiter ample- ctantur DD. ut Farinac. q. 28. num. 45. Bobad. num. 35. Navar. cap. 25. num. 22. Paz num. 126. Gonni. num. 4. cum seqq. Guttier. num. 55. Cur. ell. lib. 1. quest. 4. Ma- strill. decis. 293. n. 10. Pegner. crimin. decis. 49. n. 11. Petr. Plaza supra, cap. 21. vers. Rursus, Azeved. in lib. 2. num. 9. titul. 23. lib. 8. Recopilat. Fontanel. de pactis nuptialib. tom. 1. claus. 4. glos. 14. numero 117.

Contrarium tamen placet Suar. numer. 14. De- cian. num. 17. Bonacin. numero 7. Germon. lib. 3. ca- pite 16. num. 60. Marc. Anton. Genvens. in prax. cap. 9. in fin. Dian. part. 6. tract. 1. resolutio. 12. Farinac. de immunit. cap. 9. num. 145. 146. ubi se re- tractat à sententia, quam tenuit d. quest. 28. num. 45. Ad. Italia lib. 1. capite 5. §. 4. num. 22. Villagur. de extension. leg. capit. fin. à num. 54. Barbof. supra, d. capite 3. num. 90. Tusch. lib. 1. E, conclus. 11. num. 7. Navar. in summ. Bullar. titul. de immunitat. Ec- clesiar. num. 75. Delbene dict. dubitat. 20. section. 9. Qui num. 4. optima ratione utitur, quia scilicet agitur de praedictio ejus, qui non deliquit, ut est Ecclesia, de cujus immunitate questio est, atque ita verba constitutionis Gregorianae strictè accipi debent: & alios pro utraque parte refert.

Sed quibus prior sententia placuerit, observare oportet, duo concurrere debere, & vulnus, & occidendi animum. Unde qui tentat infidiosè occi- dere, & non percucit, immunitate juvatur; Dian. part. 1. tract. 1. resolutio. 4. & 18. & sentiunt omnes ferè, licet contra doceat Gon- ni num. 8. item qui vulnerat ita sine voluntate occidendi, Gutierrez, num. 57. Bajard. ad Clar. dict. quest.

quest. 30. num. 17. Cur. Philip. tom. 1. part. 3. §. 12. num. 36. Gonnium. 6. ubi recte ampliatur, quanquam mors ex vulnere subsequatur, per leg. §. Divus, ff. ad leg. Cornel. de sicar. Animus occidendi in vulnerante colligitur ex genere armorum, ut dicitur in dict. §. Divus: & aliis circumstantiis, de quo Gonnium numero 7. Dom. Covarruv. in Clement. si furiosus, part. 2. §. 1. numero 1. de homicid. Clar. in prax. §. Homicidium, num. 5. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 361. a numero 6. qui hoc iudicis arbitrio committendum docet.

60 Quæstionis est, num occidens proditorie infidelium immunitate privetur? Negant Diana part. 4. tract. 1. resolution. 105. Ambrohin. capit. 7. numero 12. Bonacin. dict. §. 8. numero 6. Ratio est, tum quia quemadmodum assassinus non privatur immunitate, si infidelis occidatur, ut ipsi supponunt, ita nec qui proditorie talem enecaverit; tum quoniam strictè loquendo, infidelis proximus Christianis non est, cum non illis communicet in fide, Sacramentis & Ecclesia, Bulla autem Gregoriana agit de occisione proximi. Nihilominus contrarium est renendum, nam infidelis proximus est nobis, ut resolvunt Delbene section. 4. Farinac. de immunitat. cap. 7. numero 120. Peregrin. capit. 7. num. 15. Mar. Italia sup. capit. 5. §. 4. numero 20. 21.

Ibi: Verum opinio contraria.

61 De hac opinione curandum non est post Bullam Gregorii XI. V. qua casus hic expressè excipitur, ut dictum est supra.

Ibi: Respondit tamen Panormitanus.

De intellectu textus in capit. 1. de homicid. agunt Suar. numero 10. Decian. dict. capit. 28. numero 13. Augustin. Barbof. in Collectan. ad illud, numero 1. qui Abbatis opinionem reprobant, quam sequitur Guttier. practicar. lib. 1. quest. 2. numero 6. & 7.

Ibi: Quamobrem adversus Panormitanum.

Clericum proditorie occidentem non esse degradandum, & Curie seculari tradendum docet Suar. ubi proxime, qui se remittit ad tract. de degradat. de quo etiam consule Gregor. Lopez in l. 61. glos. 3. titul. 6. part. 1. Ceval. tom. 1. conclus. 564. ubi alii: Fachin. controver. lib. 9. cap. 29. Molin. de iustit. tom. 4. disp. 49.

Ibi: Non enim video posse hanc traditionem.

64 Ex quibus delictis Clericus possit degradari, ac Brachio seculari committi, agitur in l. 60. & 61. tit. 6. part. 1. & dicam infra, ex num. 195.

Ibi: Item & illud quod premissa disputatione.

65 Clericus perpetrans delictum adversus personam Principis, vel Republicam, an sit degradandus, & Brachio seculari tradendus? ostendit Bobadill. ubi proxime, num. 114. 115. qui alios laudat Delbene sup. sect. 1. ubi resolvit, Clericum sic delinquentem, nisi incorrigibilis existat, non esse Curie seculari tradendum, idem tenent Farinac. in praxi, tom. 1. quest. 9. num. 81. Fachin. controver. lib. 8. cap. 30. Boss. in prax. crim. titul. de for. compet. numero 136. 142. Scaccia de iudic. lib. 1. capit. 11. numero 60. Clar. §. fin. quest. 36. num. 36. & 40. ubi testatur in praxi servari, quod Clericus ob enormia crimina Curie seculari non tra-

datur: & hoc tandem iudicis Ecclesiastici arbitrio relinquitur; quia alii non pauci, quos refert Farinac. numero 80. Chartar. decis. crimin. 66. num. 1. ac sequitur Curtell. sup. lib. 2. quest. 24. n. 18. non tradendum docent.

An iudex secularis cognoscere valeat adversus Clericum in crimine læsæ Majestatis secularis, disputari solet. Et negativè cum plurimis responderet Delbene dubit. 3. num. nono, Dian. part. 1. tract. 2. resolut. 129. adversus Curtell. quest. 20. Rabard. de cavend. schismat. sect. 2. numero 8. fol. 42. Ramirez de leg. Reg. §. 17. numero 11. in glos. lit. D. Cur. Philipp. tom. 1. part. 3. §. 3. numero 23. Sed oppositam rariorem dicit, quæ in Hispania, & Gallia observatur, nam D. Philippus II. & III. Reges nostri, & Ludovicus XIII. Gallorum Rex ad cognoscendum in hoc crimine adversus Clericos facultatem à Sede Apostolica impetrarunt, & in Regno Neapolitano, ubi constitutio contraria extat, in casu contingenti Clemens VIII. anno 1600. declaravit eam constitutionem standum non esse, ut testatur Marc. Anton. Genuens. in prax. cap. 72. Delbene num. 10. 19. cum seqq. & alii ab hoc laudati.

Verf. Tandem his prænatis deducitur.

Ita tenent allegati sup. num. 62. Sed dubium est, quid si Petrus per insidias deduxit aliquem, ut ab alio occideretur, & mors subsequatur? Et cum immunitate gaudere afferunt Delbene dict. cap. 17. dubit. 20. sect. 8. Dian. p. 6. tract. 1. verf. Notandum est tamen, Bonac. sup. §. 8. n. 1. verf. Hoc tamen. Sed oppositum sustinet Peregrin. sup. cap. 7. num. 9. Gonnium fol. 99. fallent. 14. num. 1. Paz d. §. 3. num. 124. Quæ sententiæ possunt conciliari, ut prior procedat, quando seductus non proditorie occiditur; posterior, quando præter insidias ad deductam, etiam proditio in ipsa occisione intervenit: quam distinctionem alius tradidit Caball. de homicid. num. 415. Guaz. sup. num. 43.

Ibi: Eum dici proditorum homicidam.

Qui veneno alterum occidit, immunitate non defenditur ex d. Bulla Gregoriana, quia insidiosè, ac proditorie occidere competum est; Gonnium sup. d. fallent. 13. num. 2. Suar. d. cap. 11. num. 12. Anton. Gom. lib. 3. cap. 3. num. 7. junct. cap. 10. num. 2. verf. Quinto limita, Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 36. Castr. Palao tom. 2. tract. 11. dispur. unic. punct. 9. n. 26. Bobadill. d. lib. 2. cap. 14. n. 75. Peregrin. d. tract. de immunit. cap. 3. num. 6. Decian. lib. 6. cap. 28. num. 19. Germon. lib. 3. cap. 16. num. 63. Guaz. zin. d. cap. 38. num. 43. in fin. Barbof. sup. c. 3. num. 44. Mastrill. de indult. cap. 35. n. 5. Delbene, qui innumeros congerit, d. dubit. 20. sect. 2. num. 1. & n. 2. testatur, per sacram Congregat. Concilii ita fuisse declaratum die 3. Decemb. anno 1632. etsi aliqui affirmant, Summum Pontificem, cum casus occurrerit consulendum, ut Dian. sup. Farinac. de immunit. c. 9. n. 142.

Controvertitur, num occidens veneno, vel alio modo infantem, aut foetum animatum, immunitate juvetur? Affirmant Bonacin. num. 8. Leo in Thesaur. for. Ecclesiast. part. 1. cap. 13. verf. Dubitari etiam potest, Dian. part. 3. tract. 1. resolut. 72. Sed contrarium probant Delbene ubi proxime, n. 3. Farinac. cap. 8. num. 138. & sic declarasse prædictam sac. Congregationem refert Barbof. in collectan. Bullar. verb. immunitas, & dict. cap. 3. num. 42, & Lezana verb. Immunitas Ecclesiastica, num.

num. 12. Quod magis placet, nam etsi dolos prope infanti fieri non possit; ex quo prior opinio descendit; fat est, quod occidatur ex proposito, quise tueri nequit; sic etiam insidiosus homicida habetur, qui dormientem interemit, Suar. sup. & alii communiter, cui infans æquiparatur, l. 1. §. Sed furiosus, ff. de acquirenda possess.

69 Conclusio supra tradita declaratur, ut minimè procedat, ubi non intenditur mors factus animati, quamquam ex aliqua porione matri data sequatur, ut si Medicus pharimacum propinet foeminae gravidæ, ut illam sanitari restitueret, aut amafios concubinae poculum amatorum, juxta l. si quis aliquid d. 38. §. Qui abortionis, ff. de pen. ut enim aliquis in Ecclesia tutus non sit, propositum occidendi requiritur, ita docet Delbene d. dubit. 20. sect. 2. num. 4. Bonacin. d. §. 8. num. 9. Idem dicendum est de eo, qui veneno interficere conatur, si mors non fuerit subsequuta, quia actus occisionis perfici desideratur, ut Gregoriana constitutioni sit locus, ut apparet ex dictis sup. num. 58. & generaliter tradit cum aliis Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 4. & 18. Suar. d. cap. 11. num. 14. Similiter respondent non pauci de necante inimicum veneno, Delbene sect. 2. a num. 6. Dian. part. 6. tract. 1. resolut. 2. a num. 6. Quid resolvendum? constabit ex dicendis statim suo loco circa quæstionem, an occidens per insidias inimicum gaudeat immunitate?

Ibi: Item is proditorius homicida est.

70 Quis proditorius homicida censetur, ut Ecclesie immunitate non defendatur? docent omnes laudati sup. num. 56. Dubium autem est factis controversum, an qui enecat inimicum ex proposito, ac insidiosè, privetur immunitate, veluti si dormientem invenerit, vel à tergo percusserit? Et partem affirmativam tenent, Delbene sect. 5. Clar. d. §. Homicidium, num. 10. Castill. decis. 156. num. 38. 39. Bonac. num. 3. Barbof. d. lib. 2. cap. 3. n. 62. Dian. p. 6. tract. 1. resolut. 5. 35. Farinac. se retractans, de immunitat. cap. 9. n. 143. Franch. decis. 713. Ricc. part. 5. collect. 1792. Giurba conf. 20. num. 13. & conf. 60. num. 4. Genuens. in prax. cap. 94. Guaz. zin. d. defens. 1. cap. 38. numero 39. verf. Homicidium autem, cum sequentibus, Gonnium fol. 99. fallent. 14. numero 2. Movetur ex eo quod in præcitata constitutione Gregoriana solum excluditur ille homicida, qui proditorie interficit; proditor autem non dicitur, qui inimicum offendit; sed qui se fingens amicum, vel odium simulans, incautum aggreditur, ut tradunt prælaudati, & latissime Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 29. per tot. Guttier. practicar. lib. 1. cap. 2. num. 9. Caball. sup. n. 396. num. seqq.

Ibi: Adversus quos ego animadverto.

71 Oppositum tamen, nempe occidentem etiam inimicum per insidias, defensione sublata, esse immunitate privandum, cum Covarruv. probant Suar. d. cap. 11. num. 12. Fagund. in præcept. Ecclesiast. tract. 1. lib. 4. num. 46. Bobadill. d. capite 14. num. 26. cum seqq. Villadieg. in politic. cap. 3. num. 208. Germon. sup. lib. 3. cap. 16. num. 64. Portell. verb. Ecclesie immunitas, num. 15. Paz dict. cap. 3. §. 3. num. 118. Villagut. cap. fin. num. 53. verf. Quartus modus, Cur. Philipp. part. 3. §. 12. numero 31. Mari. Italia lib. 1. cap. 5. §. 4. num. 1. Plaza in epit. delictor. lib. 1. cap. 21. num. 2. & alii apud Farinac. in prax. quest. 28. de carcerib. num. 76. pro quibus facit lib. 10. titul. 26. lib. 8. Recopilat. ubi expressim dicitur, illum esse proditorem, qui securè extra rixam

quemquam interficit, notat Anton. Gom. variar. lib. 3. cap. 3. num. 5. Bobadill. num. 36. facit etiam l. fin. tit. 11. part. 1.

Qua opinione retenta quaeritur; si quis confan-72 guineum, affinem vel amicum cernens admicantem cum altero, hunc à tergo occidat, non præmeditato consilio, sed casu, utrum proditor censetur, juxta d. legem Regiam Recopilat. & per consequens sit ab Ecclesia extrahendus; quod dubium latè examinat Guttier. d. c. 2. à princip. & negativè meritò resolvit; non enim ex proposito deliquit, sed sanguinem suum redimere voluit eo modo, quo citius & facilius potuit, & venia dignus est, qui qualitercumque propinquum amicitia, aut sanguine liberat; argument. l. 1. ff. de bon. eor. quest. ant. sent. sibi mort. conservant. Sequntur Emm. Rodrig. in summ. tom. 1. cap. 155. conclus. 5. Cur. Philipp. dict. §. 12. num. 40.

Quæritur secundo, an interimens inimicum in duello defendendus sit ab Ecclesia, ad quam confugit; Partem affirmativam sequuntur Delbene sect. 6. Farinac. de immunitate, cap. 7. n. 17. Dian. part. 4. tract. 1. resolut. 46. Bobadill. supra, num. 40. ubi testatur, ita fuisse decisum per Summum Castellæ Consilium anno 1574. Cur. Philipp. n. 39. Bonacin. supra, §. numero 9. Sed contra sentit Ludovic. Correa in dict. resolut. ad cap. inter alia, part. 3. numero 19. de immunitat. Ecclesiastic. Barbof. d. cap. 3. numero 101. Mar. Italia supra, lib. 1. cap. 5. §. 4. a num. 42. Non tamen à priori sententia devianandum est, Cui non obstat, quod ex Trident. sess. 23. cap. 19. duellantes sint excommunicati, ac sepultura Ecclesiastica priventur; nam Delbene numero 2. responderet; Nam idè esse ab Ecclesia extrahendos, cum hæc pœna illis imposita non sit, sed illæ. Nec etiam refragatur l. 10. ritul. 8. Recopilation. quæ pœnam proditoribus irrogat solemniter in duello rixantibus: Non rectè satisfacit Bobadill. quod ibi, solum pœna imponitur, ac si proditores essent, non tamen tales esse dicuntur; & aliud est, esse tale, & aliud haberi pro tali, ut alibi dixi, maxime quoad pœnas.

Verf. In his prosecto casibus.

De hoc hucusque assertum dictum est. Sed pul-74 chrè dubitatur: Si quis viro nobili proditorie alampam impingat, aut sustibus cædat, num immunitate potiarer? movet quæstionem, quia apud honestos, gravesque homines, non minus, imò magis honor, qui sic deturpatur, quam vita ipsa diligi solet, ut diximus lib. 1. cap. 11. numero 9. 10. 36. ubi obiter non gaudere immunitate assertum est, ex Curtell. & Bobadill. ibi laudatis, quorum ultimus affirmat, sic per Summum Castellæ Consilium fuisse definitum: sequuntur Villadieg. sup. num. 211. Cur. Philipp. d. §. 12. num. 37. A quibus dissentiunt Delbene dict. dubit. 20. sect. 10. Decian. conf. 34. num. 1. lib. 1. Par. Suarez de legib. 8. cap. 19. num. 6. in fin. Dian. part. 1. tract. 1. resolut. 31. Quod verius videtur, maxime supposita ea opinione, qua docet immunitatem non esse denegandam, nisi in casibus expressis in Bulla Gregorii XIV. quamvis similes sint, aut atrociores, de quo vide sup. numero 36. & infra numero 147.

Simili modo dubium est, an idem sit de iudice, vel teste, qui dolo fecit, ut aliquis ultimo supplicio afficeretur? & gaudere in munitate resolvunt Dian. ubi proxime resolut. 104. Delbene d. cap. 17. sect. 7. num. 5. Peregrin. de immunitat. capit. 7. num. 42. Castr. Palao dict. tract. 11. dispur. unic. punct.